

**2842** Patavii apud ecclesiam cathedralem in marmore inciso ad fabricam Gottici sepulcri elegantibus litteris PING.

praef. fa  
BR  
ALI  
DIA

Pingonius f. 234.

**2843** Mestrini 6 m p. a Patavio Vicetiam versus rep. 1812, deinde Patavii apud Fr. Traversam, qui dedit museo.

C · ACILIUS · C · L ·  
SEVERVS · CONC ·  
SIBI · ET  
ACILIAE · C · L ·  
5 SECUNDAE · MATRI ·  
PLOTIAE · L · ET · C · LIBERT ·  
DONATAE ·  
T · F · I

Contuli. Furlanettus Est. p. 78, Pat. p. 161 n. 154 tab. 16.

**2844** Patavii in domo Francisci Contareni Veneti areopagitae MARCAN. similiterque RELIQUI ANTIQUI; in domo d. Zachariae q. d. Francisci Contareni IUC.; in aedibus Contarenorum apud ecclesiam cathedralem SCARD. PING. URS. Inde venit in museum publicum.

V · F  
L · AELIUS · L · F  
FAB · MACER  
VI VIR · SIBI · ET  
5 L · AELIO · ANTIGON  
LIB · CONSORTI  
ET  
P · SALTIO MYSTICO  
AMICO  
10 SALTIAE · EVTHY  
CIAE  
H · M · H · N · S

Contuli. Habet Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 385, cod. Mut. f. 158 Pat. 18; Felicianus Pat. 21; Ferrarinus cod. Trai. f. 49', cod. Reg. Pat. 20; Lilius f. 53'; Redianus Pat. 12; Gudianus 253 f. 22; Iucundus Pat. 21; Sanutus f. 55; Alciatus Feae f. 145; Apianus 343, 3; Pingonius f. 228; Scardeonius p. 79 (ex eo et Apiano Grut. 346, 6); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 130; Ursatus 1652 p. 41; Furlanettus p. 144 n. 138 tab. 27.

V. 12 postea adiectus est. — Ab altera parte titulum n. 2885 extare scribit Scardeonius errore.

Consortes sunt coheredes patrimonio utentes non diviso (cf. Festus v. sors p. 297 al.); quod quamquam frequentius evenit in fratribus, tamen etiam in patronum et libertum eius cadere potest.

**2845** Patavii rep. m. Maio 1773 loco antiquo in medio arcu pontis Romani hodie una cum altero eiusdem pontis arcu tecto partim via publica, partim muris domus Pappafaviana; nam fluvius hodie currit per arcum tertium solum, ex quo factus est pons qui nunc est S. Laurentii. Ectypum gypsaceum extat in museo.

SVRCIO · C · ALBARENIVS · C · F · M · POMPONIVS · Q · F · TISANDER  
ONIVS · L · F · T · VLLA · C · POMPONIVS · L · F · SCAPVLA · ADLEGATEI  
p ONTEM · FACIENDVM · D · D · S · LOCARVNT · EIDEMQVE · PROBARVNT

Contuli. Ed. Ioh. Dom. Polcastro *notizia della scoperta fatta in Padova d'un ponte antico* (Patavii 1773. 4. pp. 36), ubi tabulis aere incisis pons repreäsentatur additurque Simonis Stratici de eo ponte commentarius accuratus; idem Polcastro inscr. p. 79 n. 64; Furlanettus p. 82 n. 84 tab. 14, qui ectypum faciendum curavit et ad id emendavit. Ab his Donat. 458, 4; Henzen 6607.

1 SVRCIO ego, VNIO Furl., c. CLO Polc. — Litterae M · P hoc versu, item v. 2 VS · L et v. 3 NT · EI vix apparent. — 1 fin. et TISANDER et PISANDER lapis admittit. — 2 T · VLLA ego et Polcastro, TVLLAS Furlanettus ectypo deceptus; in archetypo lectio illa, etiam punctum apparebat evidentissime. — 1 littera extrema in ADLEGATEI spatio deficiente incisa est in saxo alio tamquam in margine.

**2846** Lugii iuxta portam templi SCARD.; in campestri ecclesia nativitatis beatae virginis in ipso ostii magni vestibulo in pariete SAL.

eT · PRAEF · i · D  
V · F  
A · ANTONIVS · A · i  
5 AGATHANGelus

Scardeonius p. 84, a quo pendent reliqui: Grut. 857, 5; Salomoni 1696 p. 336, quamquam is lapidem vidit; Furlanettus p. 133 n. 127.

1. T · PRAEF · T · D hiatu non indicato Scard. — 3. 4 A · F · AGATTI ANG · L · IVI Scard. — Salomonius sic: T · PRAEF · T · D · V · F · A · · · ANTONIVS · A · F · AGATENSIS · A · G · N · L · S VI.

**2847** Patavii in domo Bassania SANUTUS et RELIQUI. Nunc in museo publico.

L · ARRIVS · T · F  
SEX · VIR  
OPITERGI  
SIBI · ET · SVIS  
5 T · F · I

Contuli. Habent Sanutus f. 62'; Hier. Bononius a. 1504 syll. f. 47'; Pingonius f. 232; Morillon cod. Amstelaed. f. 28', a quo pendent Smetius 75, 5 (inde Grut. 365, 3) et Panvinius cod. Vat. 6035 f. 137; Scardeonius p. 71; Ligorius ms. Taur. 13; Alex. Bassanius misit a. 1574 Hieronymo Nigro medico Patavino in epistula inserta cod. Manutiano Vat. 5249 f. 41; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 44'; Ursatus 1652 p. 67. 1678 p. 55; Furlanettus p. 152 n. 141 tab. 45.

**2850** Patavii in aedibus Ramusii MAN. RAMUS. PINELL. MARUC. Atteste in domo Contarena URS. Nunc in museo Estensi n. 11.

T · AVREL · PAL  
FLORENTIN  
DEC · ET · QVAESTOR  
COLL · FABR

Contuli. Manutius cod. Vat. 5237 f. 197'; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 85 et in codd. Marc. 7, Barb. 21; Pinelli in cod. Ambros. C. 61 inf. f. 38' et apud Grut. 372, 1; cod. Marucell. A 189; cod. Bouhier p. 230; Ursatus 1652 p. 262; Furlanettus Est. p. 61, Pat. p. 137 n. 131.

**2848** Patavii apud S. Sophiam RED. in angulo aedium doctorum apud S. Franciscum Parvulum in columna latericia prope terram SCARD. URS. Perisse ait FURL.

d m  
.. as CONI · Q · F · FAB  
LABEONIS · PONTI  
FICIS · VIXIT · ANN  
5 XV

Redianus Pat. n. 31 (inde Gud. 98, 9); Scardeonius p. 75 (inde Grut. 900, 1), quem secutus est Ursatus 1652 p. 163, etsi vidit lapidem. A prioribus Furlanettus p. 345 n. 411.

Vv. divisio est Scardeoniana. — 2 CONI Red., ACONI Scard. Urs. — 3. 4 PONTIFICIS Red., POLICIS Scard. Urs. — 4 ANNOS Red., AN Urs. — 5 ser. XL.

**2849** rep. a. 1837 m. Iul. ad monasterium S. Hilarii *presso alla Malcontenta comune di Gambara*; destinata museo patriarchali quod est Venetiis.

C · AVILI  
FAB  
VIN DICI  
PRAEF · I · D  
5 VIRO  
ARRIA · P · F · SABI

Furlanettus ms. et lap. Pat. p. 129 n. 123, cui dederunt Iohannes Casoni, Moschini, Io. Baldi.

1 C · AVIL Casoni, C · AVIEI Mosch., C · ACILIO Baldi. — 6 P · F om. Baldi et Furl. in ed.